

niks, kaas ktsakakinap kaminmil, pal tsin kiin kuawitskin ksahan?  
*erit fortiter, erit strenue iudicium Dei in probos, homines, quoniam modo tractabit me, quum contra solummodo est quod teneo peccatum?*

Interdum oppositio est veluti implicita, interdum veluti sub-intelligitur id cui fit oppositio. Sic si aliquis inadvertenter sumpserit aliquid, quod ad alium pertinet, quando animadverterit id quod fecit, dicit pal utsukwati, *verum sumpsit;* perinde ac si dicceret *nesciebam me sumpsisse, verum sumpsit.* S. Naoti Mali, San Sosep tsukwatamni, tagas nukunil nawumni, nakalti; kaupgani kapsins kslakalt; pal ninsi Yakasinkinawasaki. Saneta Virgo Maria. Sanctus Joseph se mutuo sumpsit, deinde aquisivit ventrem aquisivit filium; ignorabat (S. Joseph), cur aquisivit filium, verum fuit Deus. In hoc exemplo *nawumni*, ad literam significat *habet ventrem* seu *apparet gravida* pariter *nakalti* significat *habet filium*. In istis et similibus casibus dum enuntiatur aliqua veritas vel resolvitur aliquod dubium affirmatio fit veluti in oppositione ad dubium vel ad ignorantiam, quae oppositio significatur mediante particula *pal*.

In comparatione plurium inter se, in discussione pro et contra alicuius negotii, in relatione opinionum diversarum, aliqua oppositio locum habet, ac proinde abundans usus particulae *pal*. Ktukutskakiam; nalkinilni ktsganam, unawitskapaltilik, kakiamni: yakankitki, pal suknikitni, pal sa'annikitni. Aki unulpalnititni kaskik'ka amak pal yakankitki; aki pal kanikitni; *nnuntium; hue allatus est sermo, auscultavi a longe, dicitur; modus quo res se habet, sed delectabilis est, verum ingrata est.* *Etiam audiiri de duabus regionibus: sed quemadmodum una se habet, verum etiam alia ita se habet.*

Interdum vero vix aliqua oppositio significari potest per particulam *pal*, cum e. g. aliquis qui cultrum amisit, ex abrupto dicit pal uniskagmiti aksamal, *verum amisi cultrum*, vel alias nuntiat tibi ea quae in alia regione acciderunt dicens: pal kalsani kalakgul; aki pal nasni kiip, pal nukwini kutinmitka; tres flageilati fuerunt; duo mortui sunt, unus firigore enectus est. Fortasse in enumeratione plurium particula *pal* haberi potest ut aliqualiter adversativa, quatenus aequivalere potest particulae latinae *autem*; verum si unum tantum enuntiatur, nulla videtur haberi oppositio, ac proinde particula *pal* censenda est pleonastica.